diurna euitet. Inde eius dormire malum et malas preparat egritudines humiditates et reumatismos corrumpit colorem et generat splenem et efficit pigritiam. Melior autem sompnus est nocturnus quia eius virtutes fortificat nisi superfluat. Prima igitur in sompno regula quod caueat dormire disco opertus. 2a quod non dormiat resupinus propterea quod eius ad malas egritudines sicut neruorum facit eius declinare humiditates et superfluitates ad nucham. 3a regula quod naturalis sompnus non transcendat octo uel nouem horas. Sit igitur ordo iste vigilet per duas horas ad minus post cenam semper deinde exponat se lecto primo super latere dextro et post ipsum sompnum super sinistro deinde iterum reuoluat se super dextrum et iaceat capite eleuato aliquantulum. Nam dormiendum est cum ventre existente vacuo. Dormire autem super ventre digestionem roborat sed oculis nocet. Vigilandum est etiam sed non superflue quia vigilie resoluunt spiritus valde. Et post eleuationem a sompno attendat expulsioni superfluitatum ut in 3a re non naturali dictum est. Et post id fiat occupatio in sermone rerum animam delectancium ut plerumque historiarum nouorum sermonum et cum prudentibus conuersatio. Et hec de re non naturali que sufficiant. Ultima res non naturalis in ordine premissa fuit de accidentibus anime per quam dicendum est talia ut leticia tristicia timor angustia ira sollicitudo milia et similia. Et quia in hiis omnibus passionibus fiunt motus in spiritibus aut subito aut paulatim aut ad extra aut ad intra dentur aliquae regule. Prima quod omnia accidentia anime in quibus fit motus subitus de centro ad circumferentiam euitanda sunt sicut ira immoderatum gaudium fortis risus etc. 2a regula quod accidentia in quibus fit motus paulatinus deintus ad extra sunt calefaciunt eius talia iuncturas nec remanent interiora calore depauperata. 3a quod accidentia in quibus fit motus subitus de circumferentia ad centrum fugienda sunt ut timor et similia. Ultima regula postponenda est sollicitudo tristicia melia considerando de passione ista nam ut placuit Gal. accidentia talia exterminant et mutant ab ea quod est sicut primum naturam consistentia corporis. tegni 3o. Ultimo non quia corpus cum anime accidentia accipi potest in magis ipsum esse in vsu tamquam venenum euitandum ita

quoniam studiose ad eum intendere. Effeminat eius et exanimat corpus superfluus eius vsus. nec aliquid est quod iuncturas ita laxat et debilitat. Fricatam igitur ad coytum nam nec mirandum ex hiis que de coytu dicta sunt Ho eius solum iuncturas laxat sed ultionis in tinis medullis immittit aculeos ut sensum accidente incurabiles et effeminatas passiones quibus mors periclitanda foret educatur est igitur ab eius vsu desistendum. Ex nunc autem dicas consulo anime tristicia fore uitanda et esse letandum et bonum sperandum nec circa hanc passionem diuturne meditandum vel ymaginandum frequens igitur et assiduatio ymaginationis casum imprimit ut auicenne placuit prima 2a.

Secundum capitulum in ordine premissum est de regimine pacientis indicato a mania et hoc quidem est digerendo et euacuando tamen cum rectificatione membrorum mandatum et suscipientium propter quod permittendum super sinanthi summi ypo. quod in corporibus talibus est necessarium premittere euacuationes et diuisiones membrorum antequam hec corpora in egritudine incadant. Et quia iste egritudines prolixe males solent frequenter in temporibus veris et autumpni aduenire Io hic scribam euacuationes veris et autumpno proportionatas. uix in quibuscumque farmacia aut flebotomia conuenit uenire flebotomare aut farmacare necessarium est 6a sermone 7o. Itaque circa medietatem mensis septembris circa 14 uel 8 die noui lunarum flebotometur eger de vena basilica dextri brachij sub cubito inuenta per quam educatur sanguis ℥ iij. aut iiij ad plus. Statim non flebotomiae in mediate sequenti in aurora accipiat hoc digestiuum calidum et continuet ipsum diebus ad minus octo. ℞ gelena bin syrupi compositi acetosi de radicibus syrupi de bisancijs ana ℥ s. aq. scariole feni et absinthij ana ℥ 1. misce et accipiat ut supra. Et si esset in locis ubi hui non possint predicti syrupi tunc loco eorum accipe possit istas aquas ℞ aq. ypericonis et feni ana ℥ 1. aq. acoree ℥ 1 s. misce. cum quo continuauit aliquot istorum digestiuorum ita ut vrina eius fuit in substantia ingrossata mediocriter et porus et in colore fuit aliqualiter paruper intensa uel citrina quam esse solet et in fundo apparuit contentum album vnitum et equale

ira^a
ira^a
ira^a
ira^a
accidentia anime
ira^a
ira^a
ira^a
ira^a
Coytus
nota b
flebotomia
digestiuum
no
℞

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1217/0263
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG